

The Electronic Compendium moralium notabilium Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/CMN/index.html>)

159 quotations attributed to Isidore in the *Compendium Moraliū Notabilium* (from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 1, Rubrica 9: De mundana flagellatione et tentatione dilectorum dei (fol.3va):

Isidorus soliloquiorum libro i. capitulo 4. **Semper deus hic vulnerat: quos ad salutem perpetuam preparat.**

Semper Deus hic uulnerat quos ad salutem perpetuam praeparat.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.28 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.23, 1.253).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 14: De spe atque desperatione hominis ad deum (fol.5va):

Isidorus in *sinonima soliloquiorum* libro i. capitulo. 12. **Qui veniam de peccato desperat plus se de desperatione quam de commisso crimine damnat. Desperatio auget peccatum.**

Qui enim ueniam de peccato desperat, plus se de desperatione quam de commisso scelere damnat. Desperatio auget peccatum, desperatio peior est omni peccato.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.53 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., pp.43-4, ll.523-525).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 15: De oratione religiosa (fol.6ra):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 6. **Immundus spiritus orationis instantia vincitur. Demonia oratione deiiciuntur. Oratione demonia superantur.**

Inmundos spiritus precis expellit frequentia, inmundos spiritus orationis euincit instantia. Daemonia oratione uincuntur, oratione daemonia superantur, omnibus malis praeualet oratio.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.13 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.72, ll.114-116).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 17: De voti religione (fol.6rb):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 36. **In turpe votum muta decretum. Quod incaute nouisti non facias. Impia est promissio que scelere adimpletur.**

In malis autem promissis rescinde fidem; in turpe uotum muta decretum; quod incaute uouisti, non facias. Impia est promissio quae scelere adimpletur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.58 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.110, ll.612-614).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 18: De iuramenti religione (fol.6rb):

Isidorus soliloquium libro 2. capitulo 35. **Assiduitas iurandi periurii consuetudinem facit. Usus iurandi ad periurium ducit. Sit in ore tuo est: sit in ore tuo non est: veritas iuramento non indiget. Firma sit sacramenti tui fides.**

Periculosum est enim iurare, assiduitas iurandi periurii consuetudinem facit, iurandi usus ad periurium ducit. Sit in ore tuo 'est', sit in ore tuo 'non est'. Veritas iuramentum non indiget, fidelis sermo sacramenti retinet locum. Firma etiam sit sacramenti tui fides.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.56 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.109, ll.595-599).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 20: De elemosyna (fol.8ra):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 54. et ante penultima. **Quod bono affectu dispensatur hoc accipit deus: qui autem cum tedio dat: mercedem perdit.**¹ **Non auferas vni vnde alii tribuas: nec te misericordem ostendas alieno spolio.**

1. Quod enim affectu bono dispensatur, hoc accipit Deus. Qui autem cum taedio dat, mercedem perdet; qui cum tristitia manum porrigit fructum remunerationis amittit.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.97b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.143, ll.1058-1061).

2. Non auferas alteri unde alii tribuas, nec te misericordem ostendas alieno spolio.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.98 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.143, ll.1063-1064).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 25: De mundo et carnalibus concupiscentiis contemnendis propter futuram gloriam anime post mortem corporis (fol.9vb):

Isidorus soliloquiorum libro i. capitulo 4. **Transeunt omnia seculi huius: et non permanent: habent sub celo finem suum omnia.**¹ Libro 2. capitulo 53. **Diuitie nunquam sine peccato acquiruntur.**² **Nemo potest amplecti gloriam dei simul et seculi.**³

1. Transeunt omnia saeculi huius nec permanent, omne quod uenit stare non potest. Nihil est diu, nihil tam longum quod non in breui finiatur. Habent sub caelo finem suum omnia.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.21 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.21, ll.227-229).

2. Diuitiae numquam sine peccato acquiruntur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.93 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.139, l.1018).

3. Nemo potest amplectere Dei gloriam simul et saeculi, nemo potest amplectere Christum simul et saeculum.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.94 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.140, ll.1023-1024).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 26: De peccatorum conuersione ad religionem (fol.10ra-rb):

Isidorus soliloquiorum libro i. capitulo 9. **Animus sceleribus astrictus diuelli ab eis vix potest.**

Animus sceleribus adstrictus diuelli ab eis uix potest.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.43 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.35, ll.401-402).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 27: De penitentia et contritione peccatorum (fol.10rb-va):

Isidorus in sinonima soliloquiorum libro i. capitulo 12. **Facile penitentibus diuina clementia subuenit. Per penitentiam indulgentia datur. Per penitentiam delicta omnia abstergantur.**¹ 16. capitulo et finali. **Inanis est penitentia quam culpa sequens coinquinat.**²

1. Facile paenitentibus diuina clementia subuenit, per paenitentiam indulgentia datur, per paenitentiam delicta omnia abstergantur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.54 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.44, ll.534-535).

2. Inanis est paenitentia quam culpa sequens coinquinat.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.77 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., pp.61-2, ll.777-778).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 29: De diabolo (fol.11va):

Isidorus in sinonima soliloquiorum libro i. **Spiritus qui ad peccandum succendit: peccantem sepe subito rapit.**¹ Libro 2. capitulo 6. **Immundus spiritus orationis instantia vincitur. Dæmonia oratione deiiciuntur: alius vincuntur. Oratione dæmonia superantur.**²

1. Spiritus qui ad peccandum succendit, peccantem saepe subito rapit.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.50 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.40, ll.471-472).

2. Immundos spiritus precis expellit frequentia, inmundos spiritus orationis euincit instantia. Dæmonia oratione uincuntur, oratione dæmonia superantur, omnibus malis praeualet oratio.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.13 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.72, ll.113-116).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 30: De peccato et peccatoribus consideratione religiosa (fol.11vb-12ra):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 9. **Sepe occasio peccandi voluntatem facit.**

Saepe familiaritas implicauit, saepe occasio peccandi uoluntatem fecit, saepe quos uoluntas non potiut adsiduitas superauit.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.18 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.75, ll.153-154).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 37: De confessione et indulgentia peccatorum (fol.13va):

Isidorus in sinonima soliloquiorum libro i. capitulo 12. **Confessio sanat: confessio iustificat animum: confessio peccatis veniam donat.**¹ **Nulla tam grauis est culpa que non habeat veniam.**² Capitulo 16. et finali. **Frequenter peccans et lugens veniam vix meretur.**³

1. Confessio sanat, confessio iustificat, confessio peccati ueniam donat, omnis spes in confessione consistit, in confessione locus misericordiae est.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.53 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.43, l.514).

2. Nulla tam grandis est culpa quae non habeat ueniam.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.54 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.44, ll.528-529).

3. Inanis est paenitentia quam culpa sequens coinquinat, uulnus iteratum tardius sanatur, frequenter peccans et lugens ueniam uix meretur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.77b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.62, ll.777-779).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 5: De tranquillitate et bona vita et non bona (fol.18vb):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 28. **Magnus nunquam videri studeas.**¹ Capitulo 38. **Bona vita gaudium semper habet.**²

1. Esse magis bonus quam uideri stude.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.42 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.96, ll.419-420).

2. bona uita gaudium semper habet.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.61 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.112, l.640).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 2: De moralitate (fol.19va):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 41. **Assiduitas mores facit.**

Assiduitas enim mores facit.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.64 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.116, l.695).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 3: De affectibus et motibus animorum (fol.19vb):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 3. **In initio resiste cogitationi pessime.**¹ **Si titillat praua cogitatio non consenties illi.**² Capitulo 4. **Primam peccati suggestionem contere: vt non sinas eam in corde tuo manere.**³ Capitulo 21. **Cohibe animi motus.**⁴

1. In ipso initio cogitationi resiste, euades cetera; aduersus initium cogitationis certare, et uinces; caput cogitationis exclude, cetera superantur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.7 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.67, l.60).

2. Quando titillat praua cogitatio, non consentias illi; quando aliquid suggerit inlicitum, non ibi teneas animum.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.6 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.67, ll.54-55).

3. Primam peccati suggestionem contemne, non sinas eam in corde tuo manere.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.6 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.67, ll.54-55).

4. Tempera furorem, tempera indignationem, cohibe animi motum, refrena iracundiae impetum.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.30 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.85, ll.291-292).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 5: De moralitate circa se et alium (fol.20rb):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 48. **Talis esto aliis: quales optas esse circa te alios.**

Quod non vis pati: quod non vis fieri tibi: alteri nunquam inferas.¹ Capitulo 50.

Iudicium quod aliis impones: ipse portabis.²

1. talis, esto aliis qualis optas esse circa te alios. Testimonio tuo nulli noceas; ad nullius periculum uocem testificationis adhibeas; sermo tuus nec animae cuiquam, nec rebus inpediat. Quod non uis pati, non facias; quod non uis fieri tibi, alteri numquam inferas.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.81 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.129, ll.886-890).

2. Iudicium quod aliis ponis, ipse portabis.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.85 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.132, ll.932).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 11: De possibilitate et impossibilitate (fol.22ra):

Isidorus in sinonima soliloquiorum libro 2. **Nihil potest caro facere: nisi quod voluerit animus.**

Anima enim carnem praecedit in crimine, nihilque potest caro facere, nisi quod uoluerit animus.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.7 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.68, ll.67-68).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 13: De consuetudine (fol.22vb):

Isidorus soliloquiorum libro i. capitulo 9. **Difficile est prauam consuetudinem vincere. Prauus vsus vix aboletur. Assidua consuetudo in naturam conuertitur.**¹ **Ad peccatum consuetudo restringit.**² 16. capitulo et finali. **Uulnus iteratum tardius sanatur.**³ Libro 2. capitulo 41. **Usus difficile vincitur. Consuetudinis vincula vix soluuntur.**⁴ **Assiduitas mores facit. Iugis vsus in naturam se vertit. Omnia vsui cedunt: vsui omnia parent. Quod cum difficultate ceperis: per vsum cum facilitate perficies.**⁵

1. Difficile est prauam consuetudinem vincere, prauus usus vix aboletur. Assidua consuetudo in naturam conuertitur, adsiduo usu innaturatur vitium.
Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.43 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.35, ll.399-401).
2. Ad iustitiam ne amor erigit, sed ad peccatum consuetudo contringit.
Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.45 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.37, ll.431-432).
3. Inanis est paentientia quam culpa sequens coinquinat, uulnus iteratum tardius sanatur, frequenter peccans et lugens ueniam uix meretur.
Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.77 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.62, ll.777-779).
4. Vsus enim difficile uincitur. Consuetudinis vincula vix soluuntur, inolita diu tardius corriguntur.
Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.63b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.114, ll.665-668).
5. Assiduitas enim mores facit. Iugis usus in naturam se uertit, omnia usui cedunt, usui omnia parent, res ita se agit ut uteris. Quod cum difficultate coeperis per usum cum facilitate perficies.
Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.64 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.116, ll.695-697).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 2: De consuetudine (fol.26rb):

Isidorus in sinonima soliloquiorum libro 2. **Esse magis bonus quam videri stude.**

Esse magis bonus quam videri stude.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.42 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.96, ll.419-420).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 3: De conscientia benignitatis et malignitatis (fol.26va):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 3. **Deus conscientias iudicat.**¹ Capitulo 37. **Etsi non te damnet publica fama: condemnat propria conscientia.**² Capitulo 38. **Conscientia rei semper in pena est. Mens male conscientie propriis agitatur stimulis.**³

1. Deus conscientias iudicat.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.6 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.67, l.52).

2. Nemo potest etiam semetipsum effugere, et si te non damnat publica fama, condemnat propria conscientia.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.61 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.112, ll.635-636).

3. Conscientia autem rei semper in poena est, reus animus nunquam securus est. Mens enim malae conscientie propriis agitatur stimulis.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.61a (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.112, ll.640-644).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 7: De voluntario et inuoluntario (fol.28rb):

Isidorus in sinonima soliloquiorum libro 2. **Nihil potest caro facere nisi quod voluit animus.**

Anima enim carnem praecedat in crimine, nihilque potest caro facere, nisi quod uoluerit animus.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.7 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.68, ll.67-68).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 8: De intentione et facto (fol.28rb-va):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 54. et antepenultimo. **Tale erit opus tuum: qualis fuerit intentio tua.**

Tale erit opus tuum qualis fuerit intentio tua.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.97 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., pp.142-43, ll.1057-1058).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 14: De iustitie naturalis iudicio (fol.30va):

Isidorus in sinonima soliloquiorum libro 2. **Mens male conscientie propriis agitur
stimulis.**

Mens enim malae conscientiae propriis agitur stimulis.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.62 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.112, l.644).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 1: De veritate et falsitate et mendacio (fol.31rb):

Isidorus in sinonima soliloquiorum libro 2. capitulo 34. **Omne mendacium peccatum est.**¹
Neminem mentiendo fallas. Non aliud loqueris: et aliud animo teneas. Non aliud dicas et aliud facias.²

1. Nullum iustum mendacium, omne mendacium peccatum est, omne quod a ueritate discordat iniquitas est.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.53 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.106, ll.564-565).

2. Neminem mentiendo fallas, neminem mentiendo in errorem iuducas, neminem mendacio fallente decipias, nullum circumscribas uerbis, nullum argumentis uerbroum inducas. Non aliud dicas et aliud facias, non aliud loquaris: et aliud animo teneas.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.55a (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.108, ll.585-594).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 2: De fide seu fidelitate et infidelitate seu perfidia (fol.32ra):

Isidorus in sinonima soliloquiorum libro 2. capitulo 35. **Fac bonum quod spondisti: non sis in verbis facilis.**¹ 36. capitulo. **In malis promissis rescinde fidem. Impia est promissio que scelere adimpletur.**²

1. Fac bonum quod spondisti. Non sis in verbis facilis et in opus difficilis.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.57a (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.109, ll.600-602).

2. In malis autem promissis rescinde fidem; in turpe uotum muta decretum; quod incaute uouisti, non facias. Impia est promissio que scelere adimpletur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.58 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.110, ll.612-614).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 5: De simulatione et dissimulatione (fol.33rb):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 34. Prebe affectum sine simulatione. Sine fuco exhibe bonitatem.

praebe affectum sine simulatione sine fuco exhibe bonitatem.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.55 *varia* (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.108, n.593).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 6: De apparentia existentia et hypocrisi (fol.33vb):

Isidorus in sinonima soliloquiorum libro 2. capitulo 29. **Esse magis bonus quam videri stude.**¹ **Qualis haberi vis: talis esto.**²

1. Esse magis bonus quam videri stude.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.42 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.96, ll.419-420).

2. Qualis haberi vis talis esto.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.43 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.96, l.431).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 7: De conuersatione conspectu societate et solitudine (fol.39rb):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 30. **Uita malos: caue iniquos.¹ Si fueris socius conuersationis eris et uirtutis. Similis simili coniungi solet. Periculosum est vitam cum malis ducere. Periculosum est cum his qui praue uoluntatis sunt sociari. Qui tetigerit immundum coinquinabitur.²**

1. Uita malos: caue iniquos, fuge improbos sperne ignauos te.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.43b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.97, l.443).

2. Si fueris socius conuersationis, eris et uirtutis. Qui cun sapientibus graditur, sapiens est; qui cum stultis, stultus est. Similis enim simili coniungi solet. Periculosum est vitam cum malis ducere, periculosum est cum his qui praue uoluntatis sunt sociari. Melius est habere malorum odium quam consortium. Sicut multa bona habet communis uita sanctorum, sic plurima mala societas affert malorum. Qui enim tetigerit immundum coinquinabitur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.44b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., pp.98-9, ll.448-460).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 1: De odio (fol.43ra):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 23. **Aliene nequitiæ non serues dolorem. Odium a regno dei separat hominem.**¹ 45. capitulo. **Odium timor generat.**²

1. Dolorem cordis non serues, dolorem animi non retentes, aufer a corde fraternam offensionem, aliene nequitiæ non serues dolorem. Odium enim a regno Dei hominem separat, a caelo subtrahit, a paradiso eicit.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.44 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.91, ll.355-357).

2. Ex reuerentia enim amor procedit, odium timor adfert; fidem metus tollit, affectus restituit. Timor non seruat diuturnam fidem.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.76 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.126, ll.851-853).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 7: De contentionibus (fol.45ra):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 26. **Caue contentiones. Contentio rixas gignit. Contentio faces odiorum accendit. Contentio pacem cordis extinguit. Contentio concordiam rumpit.** Libro 2. capitulo 43. **Cede cito veritati. In omni disputatione tene rationem.**

1. Fuge rixas, uita lites, caue contentiones, tolle occasionem litis, litem sperne. Viue semper in pace. In nulla causa contendas, in nulla actione decertare studeas. Contentio contradictionem exigit, contentio lites parit, contentio rixas gignit, contentio faces odiorum accendit, pacem cordis extinguit, concordiam contentio rumpit.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.39 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.93, ll.386-391).

2. Cede cito veritati, non contradicas iustitiae, non contendas euacuare quod rectum est. Iure, non fraude, contende, necte peritorem aliis iudices, nec te ad disputationes contrarias praepares, nec ut uincas oppugnare coneris, in omni disputatione tene rationem.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.72a (CCSL 111b, J. Elfassi ed., pp.122-23, ll.799-806).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 8: De rixis et scandalis (fol.45ra):

Isidorus soliloquiorum libro 2. et finali capitulo 26. **Fuge rixam.**

Fuge rixas, uita lites, caue contentione, tolle occasionem litis, litem sperne.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.39 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.93, ll.386-387).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 9: De litibus et iurgiis (fol.45va):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 25. **Nullus existat sermo iurgiorum qui concordiam diuidat.**¹ 26. capitulo. **Uita lites. Tolle occasionem litis.**²

1. Nullus existat sermo iurgiorum qui concordiam diuidat.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.38 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.93, l.385).

2. Fuge rixas, uita lites, caue contentione, tolle occasionem litis, litem sperne.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.39 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.93, ll.386-387).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 12: De satisfactione illate iniurie (fol.46ra):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 22. **Si contristaueris in aliquo fratrem tuum: satisfac illi. Si peccaueris in eum: age penitentiam coram illo. Si offenderis quemquam: re propitiare eum prece. Perge velociter ad reconciliationem proximi tui. Offensioni tue cito veniam postula. Non requiescas nisi reconciliatus fueris fratri.**

Si contristaueris in aliquo fratrem satisfac illi; Si peccaueris in eum, age penitentiam coram illo, Si offenderis cuiquam, re propitia eum prece. Perge uelociter ad reconciliationem. Offensioni tue cito ueniam postula. Non dormias nisi reuertaris ad pacem, non requiescas nisi reconciliatus fueris fratri.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.35 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.89, ll.336-340).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 13: De pace et concordia (fol.46va):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 25. **Pacem cum omnibus retine.**¹ 26. capitulo. **Uiue semper in pace.**²

1. Pacem ama, pacem dilige, pacem cum omnibus retine.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.38 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.92, l.373).

2. Uiue semper in pace.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.39 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.93, l.387).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 3: De liberalitate et munificentia (fol.48vb):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 54. et antepenultimo. **Quicquid largiris cum hilaritate largire.**

Quidquid tribuis, cum affectu distribue; quicquid largiris cum hilaritate largire.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.97 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.142, ll.1054-1055).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 7: De documento susceptionis munerum et beneficiorum (fol.50ra-rb):

Isidorus soliloquiorum libro i. capitulo i. **Premia et dona legibus vires tulerunt.**¹ Libro 2. capitulo 49. **Munera sepe virtutem preuaricant. Cito violatur auro iustitia: cito corrumpitur munere.**²

1. Cupiditatis amore iura nihil valent, praemia et dona legibus vires tulerunt.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.8 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.9, ll.68-69).

2. Munera semper uirtutem praeuaricant. Cito enim uiolatur auro iustitia, cito corrumpitur munere.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.82 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.130, ll.900-901).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 7: De licentia facultate et regularitate (fol.56va):

Isidorus in sinonima soliloquiorum libro 2. **Sepe occasio peccandi voluntatem facit.**

Saepe familiaritas implicauit, saepe occasio peccandi uoluntatem fecit, saepe quos uoluntas non potuit adsiuitas superauit.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.18 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.75, ll.153-154).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 8: De iudicibus et iudiciis (fol.57va):

Isidorus soliloquiorum libro i. capitulo i. **Petit leges auaritia iudicante. Premia et dona legibus vires tulerunt. Ubique pecunia vincit. Ubique venale iudicium est.**¹ Libro 2. capitulo 41. **Ancipitem diu deliberat sententiam.**² **Nullum iudices suspicionis arbitrio: ante proba. et sic iudica. Periculosum est quempiam de suspitione iudicare.**³ 49. capitulo. **Munera sepe veritatem preuaricant. Cito violatur auro iustitia: cito corrumpitur munere.**⁴

1. Si legitimum nihil est, si veritas iudicii nulla est, si aequitas abjicitur, si jus non creditur, si iustitia cunctis negatur, pereunt leges, auaritia iudicante. Crevit avaritia, periit lex cupiditatis amore, jura nihil valent, praemia et dona legibus vires tulerunt. Ubique pecunia vincit, ubique iudicium venale est; nullus legibus metus, nullus iudicii timor.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.7b-8b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.9, ll.66-71).

2. Ancipitem diu delibera sententiam, ante factum cogita diu, ante opus praemeditare diu.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.63 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.114, ll.669-670).

3. Nullum condempnes ante iudicium, nullum iudices suspicionis arbitrio. Ante proba, et sic iudica. Non enim qui accusatur, sed qui conuincitur reus est. Periculosum est de suspitione quempiam iudicare.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.85-86 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.133, ll.936-941).

4. Munera semper veritatem praeuaricant. Cito enim violatur auro iustitia, cito corrumpitur munere.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.82 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.130, ll.900-901).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 18: De iudiciali misericordia: venia: et impunitate (fol.60ra):

Isidorus in sinonima soliloquiorum libro 2. capitulo 49. **Impia iustitia est humane fragilitati non ignoscere. Non ames damnare: sed emendare potius et corrigere. Tene rigorem in discussione iustitiae: misericordiam in diffinitione sententiae.**¹ 50. capitulo. **In ambiguis dei iudicio reserua sententiam.**²

1. Impia iustitia est fragilitati humanae non ignoscere. Non igitur ames damnare, sed emendare potius et corrigere. Tene rigorem in discussione iustitiae, misericordiam in definitione sententiae.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.83b-84b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.131, ll.916-922).

2. In ambiguis Dei iudicio reserua sententiam.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.86b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.133, ll.942-943).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 1: De intelligentia cognitione ingenio et scientia consideratione morali (fol.61ra):

Isidorus in sinonima soliloquiorum libro 2. capitulo 42. **Summa miseria est nescire quo tendas.**

Summum bonum est scire quod caueas, summa miseria nescire quo tendas.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.66 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.117, ll.713-714).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 2: De experientia (fol.61va):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 41. **Experientia plus scitur.**

Tardiora enim ingenia studiis acuuntur, torporem naturae industria excitat, sensus tarditatem assiduitas acuit, exercitatione proficit sensus, experientia plus scitur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.64 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.115, l.689-691).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 8: De dubio (fol.62vb):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 71. **Ancipitem diu delibera sententiam.**¹ 60. capitulo. **In ambiguis dei iudicio serua sententiam.**²

1. Ancipitem diu delibera sententiam, ante factum cogita diu, ante opus praemeditare diu.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.63 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.114, ll.669-670).

2. In ambiguis Dei iudicio reserua sententiam.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.68b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.133, ll.942-943).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 10: De coniectura morum per aspectum et gestum (fol.63rb):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 29. **Animus in corporis habitu apparet. Gestus corporis signum est mentis. Corporis gestu: animus panditur.**

Animus enim in corporis habitu apparet, gestus corporis signum est mentis, corporis gestu animus proditur, corporis gestu animi habitus panditur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.43 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.97, ll.435-437).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 11: De coniectura morum per verba (fol.63va):

Isidorus in sinonima soliloquiorum libro 2. capitulo 31. **Sermo vanus: vane conscientie index est. Mores hominis lingua pandit. Qualis sermo ostenditur: talis animus comprobatur.**

Sermo uanus uanae conscientiae index est. Mores hominis lingua pandit. Qualis enim sermo ostenditur, talis animus comprobatur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.45 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.99, ll.469-472).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 1: De prudentia et sapientia ([n.p. 1ra]):

Isidorus in sinonima soliloquiorum libro 2. capitulo 42. **Dilige sapientiam: et monstrabitur tibi.**

Dilige igitur sapientiam et manifestabitur tibi.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.66 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.117, ll.714-715).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 8: De finis consideratione ([n.p. 5ra]):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 42. **Summa miseria est nescire quo tendas.**¹

Capitulo 20. **In omni re finis intenditur.**²

1. Summum bonum est scire quod caueas, summa miseria nescire quo tendas.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.66 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.117, ll.713-714).

2. In principio audi, loquere nouissimus; Finis plus habet honorem, in omni re finis intenditur, extrema quaeruntur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.73 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.123, ll.808-812).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 10: De cause et effectus consideratione et occasione ([n.p. 5va]):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 9. **Sepe occasio peccandi voluntatem facit.**

Saepe familiaritas implicauit, saepe occasio peccandi uoluntatem fecit, saepe quos uoluntas non potuit adsiduitas superauit.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.18 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.75, ll.153-154).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 13: De cautione securitate et periculo ([n.p. 6va]):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 17. **Timor cautum facit hominem atque sollicitum.**

Timor enim semper emendat, timor expellit peccatum, timor reprimit uitium, timor cautum facit hominem atque sollicitum.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.26 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.82, ll.250-251).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 3: De doctrina et doctoribus seu magistris (fol.66vb):

Isidorus in synonyma soliloquiorum libro 2. capitulo 41. **Excellentior fit natura doctrina.**

Excellentior fit natura doctrina, ardentior fit ingenium subiuncto studio.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.64 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.115, ll.688-689).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 6: De exemplo et imitatione (fol.68vb):

Isidorus in *synonima soliloquiorum* libro i. capitulo 10. **Aspice ex alieno tormento quod timeas. Respice in alieno exitio quod paescas. Euita foueam in qua vides coram te alium cecidisse. Pericula aliene vite pertimesce.**¹ Libro 2. capitulo 43. **Que verbis doces exemplis ostende.**²

1. Aspice ergo ex alieno tormento quod timeas, respice in alieno exitio quod paescas, uita foueam in qua vides coram te alium cecidisse. Pericula aliena in te pertimesce, alienos casus tua fac esse pericula.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.50 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.41, ll.480-483).

2. Quae ore promissis, opere adimple; quae uerbis doces, exemplis ostende.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.68b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.118, ll.728-731).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 7: De disciplina (fol.69va):

Isidorus in *synonima soliloquiorum* libro 2. capitulo 41. **Excellentior fit natura doctrina.**¹
42. capitulo. **Quod deesse tibi scientie sentis querere ab aliis. Collatione operta
clarescunt. Conferendo difficilima aperiuntur.**

1. Excellentior fit natura doctrina, ardentior fit ingenium subiuncto studio.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.64 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.115, ll.688-689).

2. Quod deesse tibi scientiae sentis, quaere ab aliis. Conlotione enim obtecta clarescunt,
conferendo difficilia aperiuntur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.70b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.121, ll.780-784).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 12: De curiositate vana (fol.71ra):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 33. **Quod ad te non pertinet noli querere. Nulla te concupiscentia detestande curiositatis surripiat.**¹ 43. capitulo. **Curiositas periculosa presumptio est.**²

1. Quod ad te non pertinet, noli quaerere; quod inter se loquuntur homines, cognoscere numquam desideres; noli quaerere quid quisque dicat uel faciat. Euita curiositatem, omitte curam quae ad causam tuam non pertinet. Nulla curiositas animum tuum capiat, nulla te concupiscentia detestandae curiositatis subripiat, nec oblitus tuorum morum alienos perquiras.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.52b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.105, ll.548-556).

2. Curiositas periculosa praesumptio est.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.72 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.122, ll.793-794).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 5: De artibus et artificiis (fol.72rb):

Isidorus in synonyma soliloquiorum libro 2. capitulo 41. **Uicia cito captant inertes.**

Vitia cito captant inertes.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.63 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.115, l.680).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 6: De exercitio et vsu exercitii (fol.72va):

Isidorus soliloquiorum in synonymis libro 2. capitulo 41. **Exercitatione porficit sensus.**

Tardiora enim ingenia studiis acuuntur, torporem naturae industria excitat, sensus tarditatem assiduitas acuit, exercitatione proficit sensus, experientia plus scitur.

Isidorus Hispalensis, Synonyma, 2.64 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.115, ll.689-691).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 7: De cura et intentione animi et negligentia (fol.73ra):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 41. **Hebetudo scientie lumen extinguit. Solertia autem meliorem reddit.**

Torpor enim exsuperat sensum, ebitudo scientiae lumen exstinguit. Sollertia autem meliorem reddit, peiorem facit negligentia.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.64b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.115, ll.684-687).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 8: De labore oportuno et torpore seu mollitie (fol. 74ra-rb):

Isidorus in synonymis soliloquiorum libro 2. capitulo 41. **Per torporem vires et ingenium defluit.**

Per torporem enim vires et ingenium defluit, negligentia et torpor dissoluit animum, desidia natura corrumpitur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.63b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.115, ll.680-682).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 1: De taciturnitate et loquacitate (fol.75ra):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 31. **Sint verba tua pauca. Tolle verbositatem sermonis superflui. Multiloquium non effugiet culpam. Linguosus homo imperitus est. Sapiens vero paucis vtitur verbis. Breuem sermonem scientia facit. Loqui multum stultitia est.**¹ 43. capitulo. **Plus diligit audire quam docere.**²

1. Sint uerba tua pauca, tolle uerbositatem sermonis superflui, loquendi modum non excedas, ne immoderatione linguae incurras periculum. Multiloquia non effugiunt culpam, multiloquium non declinat peccatum. Fluuius exumdans cito colligit lutum, ultra modum flatus maris periculum parit, imbrium nimietas periculum suscitatur. Linguosus homo imperitus est, sapiens paucis vtitur verbis, breuem sermonem scientia facit, loqui multum stultitia est.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.49 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., pp.102-3, ll.515-521).

2. Plus dilige audire quam dicere.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.72 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.123, l.807).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 4: De interrogationis et responsionis prudentia (fol.76ra):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 41. **Ancipitem diu delibera sententiam.**¹ **Nullum iudices suspitionis arbitrio ante proba: et sic iudica. Periculosum est quempiam de suspitione iudicare. In ambiguis dei iudicio reserua sententiam.**²

1. Ancipitem diu delibera sententiam, ante factum cogita diu, ante opus praemeditare diu.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.63 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.114, ll.669-670).

2. Nullum condemnes ante iudicium, nullum iudices suspitionis arbitrio. Ante proba, et sic iudica. Non enim qui accusatur, sed qui conunicitur reus est. Periculosum est de suspicione quempiam iudicare. In ambiguis Dei iudicio reserua sententiam.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.85-86b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.133, ll.937-943).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 7: De circumscriptione prolocutionis aliene malignitatis (fol.76vb):

Isidorus in synonyma soliloquiorum libro 2. capitulo 43. **Operta paucis denuncia.**

Aperta cunctis, operta paucis adnuntia.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.69b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.120, ll.767-769).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 8: De tacendis et celandis propriis et alienis criminibus (fol.77ra):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 43. **Communia omnibus: secreta perfectioribus loquere. Aperta cunctis: operta paucis denuncia.**

Communia omnibus, secreta perfectioribus loquere. Aperta cunctis, operta paucis adnuntia.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.69b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.120, ll.765-769).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 9: De secretis tacendis et celandis et propalatione eorum (fol.77rb):

Isidorus in *synonima soliloquiorum* libro 2. capitulo 31. **Qui ociosa verba non reprimit ad noxia cito transit.**¹ **Sit sermo tuus irreprehensibilis: sit expectationi audientium vtilis.**²

1. Qui otiosa uerba non reprimit, ad noxia cito transit.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.46b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.100, ll.487-488).

2. Sit sermo tuus irreprehensibilis, sit expectatione audientium utilis.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.46 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.101, ll.499-500).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 10: Cum quibus sit loquendum (fol.77va):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 31. **Facile agitur quod libenter auditur.**

Vanus sermo cito plluit mentem, et facile agitur quod libenter auditur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.45 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.99, ll.463-464).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 9: De iteratione sermonis vitanda (fol.82rb):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 13. **Tolle verbositatem sermonis superflui. Multiloquium non effugiet culpam. Breuem sermonem scientia facit.**

*Sint verba tua pauca, tolle uerbositatem sermonis superflui, loquendi modum non excedas, ne inmoderatione linguae incurras periculum. Multiloquia non effugiunt culpam, multiloquium non declinat peccatum. Fluuius exundans cito colligit lutum, ultra modum flatus maris periculum parit, imbrium nimietas periculum suscitatur. Linguosus homo imperitus est, sapiens paucis utitur uerbis, breuem sermonem scientia facit, loqui multum stultitia est, *uox enim insipientis in multiplicatione sermonis.**

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.49 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., pp.102-3, ll.515-523).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 1: De temperantia et modestia modo atque nimietate (fol.86ra):

Isidorus sollowiloquiorum libro 2. capitulo 46. **Etiam in bonis immoderatus esse non debes. / Omnia in suo modo perfecta sunt. / Bona immoderato vsu noxia efficiuntur. / Nimietas omnis in vicio deputatur.**¹ 49. capitulo. **Omne quod nimis est viciu[m] est.**²

1. Etiam in bonis immoderatum esse non decet. Omnia mediocria utilia, omnia in suo modo perfecta. Quae cum temperantia fiunt, salubria sunt. Bona autem immoderato usu noxia efficiuntur. Nimietas enim omnis in uitio deputatur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.77-78b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.127, ll.861-869).

2. Omne enim quod nimis est, uitium est.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.83 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.131, l.916).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 5: De paulatinorum potentia (fol.87va):

Isidorus in synonymis solliloquiorum libro 2. capitulo 31. **Paulatim crescunt vitia: et dum parua non cauemus in magnis prolabimur.**

Minor culpa maiorem generat, paulatim increscunt uitia, et dum parua non uitamus, in magnis prolabimur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.46a (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.101, ll.491-495).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 7: De acceptabilitate temporis et sociorum (fol.88ra):

Isidorus in synonymis solliloquiorum libro 2. capitulo 41. **In bonis dilatio nocet.**

In bonis dilatio nocet, in id quod expedit differre impedit.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.63 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., pp.114-115, ll.676-677).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 8: De modo celeritatis dilationis et more (fol.88va):

Isidorus in synonyma solliloquiorum libro 2. capitulo 41. **In bonis dilatio nocet.**

In bonis dilatio nocet, in id quod expedit differre impedit.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.63 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., pp.114-115, ll.676-677).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 1: De diuitiarum proficuo et nocumento paupertatis (fol.90ra):

Isidorus in synonyma solliloquiorum libro i. capitulo i. **Ubique pecunia vincit.**¹ **Omnes mendicitatem spernunt.**²

1. Vbique pecunia uincit, ubique uenale iudicium est.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.8b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.9, ll.70-71).

2. Omnes mendicantem spernunt, esurientem nec micis suis reficiunt, in os sitiendi nullus stillat guttam refrigerii, nullus mihi praebet uel modicum undae rorem.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.16 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.14, ll.142-145).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 2: De paupertatis proficuo et molestia ac illaudatione diuitiarum (fol.91ra):

Isidorus solliloquiorum libro 2. capitulo 52. **Multi propter opes periclitauerunt. Multi propter diuitias in discrimine venerunt. Multis exiciabiles fuerunt diuitie. Multis mortem generauerunt opes.**¹ 53. capitulo. **Diuitie nunquam sine peccato acquiruntur.**²

1. Multi propter opes periclitauerunt, multi propter diuitias in discrimen uenerunt, multis exitiabiles fuerunt diuitiae, multis mortem generauerunt opes.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.91 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.138, ll.1006-1009).

2. Diuitiae numquam sine peccato acquiruntur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.93 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.139, l.1018).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 1: De potentioribus et impotentioribus (fol.96va):

Isidorus in synonyma solliloquiorum libro 2. **Superiori equalem te ne exhibeas.**

Superiori aequalem te non exhibeas.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.74 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.124, 1.826).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 2: De imperio et potestate et dominatione priuatorum (fol.97rb):

Isidorus in synonyma solliloquiorum libro 2. **A subditis venerari magis quam timeri stude.**

A subditis uenerari magis quam timeri stude, subiecti plus te reuereantur quam metuant, plus tibi officio dilectionis quam conditionis necessitate adhereant, talem te redde subditis, ut magis ameris quam timearis.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.76b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.126, ll.847-851).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 3: De humilitate: seu mititate superbia elatione et fastu (fol.97vb):

Isidorus solliloquiorum libro 2. capitulo 13. **Alas superbie non extendas. Elationis pennas non erigas.**¹ 51. capitulo. **Quamuis summus sis humilitatem tene.**

1. Alas superbiae non extendas, elationis pinnas non erigas.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.21 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.77, ll.185-186).

2. Quamuis summus sis, humilitatem tene.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.20 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.77, l.180).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 4: De arrogantia iactantia insolentia et vanagloria (fol.98rb):

Isidorus sollowiorum libro 2. capitulo 13. **Caue inanis glorie studium non te arroges: non te iactes: non te insolenter extollas.**¹ 28. capitulo. **Magnus nunquam videri studeas.**² 44. capitulo. **Superiori equalem te non exhibeas.**³

1. Caue iactantiam, caue ostentationis appetitum, caue glorie inanis studium. Non te adroges, non te iactes, non te insolenter extollas.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.21a (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.77, ll.183-185).

2. Esse magis bonus quam uideri stude.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.42 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.96, ll.419-420).

3. Superiori aequalem te non exhibeas.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.74 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.124, l.826).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 6: De presumptione seu fiducia sui falsa (fol.98vb):

Isidorus solliloquiorum libro 2. capitulo 54. et antepenultimo. **Nullum contempnas: nullum spernas.**

Si quem positum in necessitate cognoueris, si quem ad inopiam redactum, si quem direptione alicuius exinanitum, si quem oppressum, si quem humiliatum, nullum contempnas, nullum spernas, nullum dispicias, uacuum nullum dimittas.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.96a (CCSL 111b, J. Elfassi ed., pp.141-42, ll.1044-1049).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 8: De terribilitate et metu (fol.99rb-va):

Isidorus in synonyma solliloquiorum libro 2. capitulo 45. **A subditis venerari magis quam timeri stude. Subiecti plus te reuereantur quam metuant: plus tibi officio dilectionis quam conditionis necessitate adhereant. Talem te redde subiectis vt magis ameris quam timearis. Odium timor affert. Fidem metus tollit.¹ Non sis terribilis in subditis: sic his dominare vt delectent seruire.²**

1. A subditis uenerari magis quam timeri stude, subiecti plus te reuereantur quam metuant, plus tibi officio dilectionis quam conditionis necessitate adhereant, talem te redde subditis ut magis ameris quam timearis. Ex reuerentia enim amor procedit, odium timor adfert; fidem metus tollit, affectus restituit.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.76b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.126, ll.847-852).

2. Quapropter tempera dominii austeritatem, summa bonitate subditos rege, non sis terribilis in subiectis. Sic eis dominare ut tibi delectentur seruire.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.77 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.126, ll.855-857).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 14: De fama seu estimatione laudabilis et infamia (fol.102ra):

Isidorus in synonyma solliloquiorum libro 2. capitulo 27. Disce bono flagrare preconio.
Custodi bonam famam tuam.

Disce bono flagrare praeconio, habeto testimonium bonum. Custodi bonam famam tuam, nullis fetoribus obscuretur, nullis laceretur opprobriis.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.41 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.95, ll.410-412).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 15: De gloria dignitate ambitione honore et vituperio (fol.103ra):

Isidorus sollowiloquiorum libro 2. capitulo 44. **Iuxta dignitatem redde vnicuique honorem. Superiori equalem te non exhibeas.**¹ 52. capitulo. **Cui plus commendatur plus ab eo exigitur.**² **Citius patet insidiis gloriosus. gloria enim inuidiam parit. inuidia vero pericula generat.**³ Idem in poetria particula 2. capitulo 3.

1. Potiori gradu competentem reuerentiam tribue, iuxta dignitatem redde unicuique honorem. Superiori aequalem te non exhibeas.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.73-74 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.124, ll.823-826).

2. Cui multum datur, multum ab eo quaeritur; cui plus committitur, plus ab eo exigitur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.89 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.136, ll.977-978).

3. In potentem cito cadit inuidia, cito patet insidiis gloriosus. Gloria enim inuidiam parit, inuidia uero pericula.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.90 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.137, ll.991-992).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 16: De reuerentia et honorificatione (fol.103va):

Isidorus in synonyma solliloquiorum libro 2. **Superiori equalem te non exhibeas.**

Superiori aequalem te non exhibeas.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.74 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.124, 1.826).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 17: De obsequio et resistentia (fol.103vb):

Isidorus in synonyma solliloquiorum libro 2. capitulo 44. **Defer obsequia nil iuxta mores.¹**
Facientem et obsequentem par pena constringit.²

1. Defer obsequia iusta maioribus, oboedi cunctis in bonis praeceptis.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.74 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.124, ll.828-829).

2. Facientem et obsequentem par poena constringit.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.74b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.125, ll.845-846).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 14: De oculorum continentia et incontinentia (fol.108rb):

Isidorus soliloquiorum libro 2. capitulo 9. **Oculi prima tela libidinis sunt. Uisio est prima concupiscentia mulieris. Aspectus amoris vincula nutrit.**

Oculi quoque prima tela libidinis, uisio prima concupiscentia mulieris. Mens enim per oculos capitur. Aspectus namque amoris iacula mittit, concupiscendi libidinem nutrit, aspectus mentem inlicitat, animam titillat, cor uulnerat.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.16b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.74, ll.138-144).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 3: De modis alliciendi alterius voluntatem ad se amandum amore: venereo: et de his que parant hominem libidini veneneree (fol.111vb):

Isidorus sollowiorum libro 2. capitulo 7. **Ciborum saturitas luxuriam suscitatur. / Saturitati libido semper adiuncta est.**¹ Capitulo 8. **Uino luxuria excitatur.**² Capitulo 9. **Oculi prima tela libidinis sunt. / Uisio est prima concupiscentia mulieris. / Aspectus amoris iacula mittit. / Concupiscentia libidinem nutrit.**³ / **Ante ignem consistens et si ferreus sis aliquando dissolueris.**⁴ / **Sepe occasio peccandi voluntatem facit.**⁵ Capitulo 10. **Ocio dedito cito luxuria surripit. / Uacantem luxuria cito preoccupat. / Grauius libido urit quem otiosum inuenerit.**⁶

1. Escis enim libido crescit, ciborum saturitas carnis luxuriam suscitatur, edacitatis uitio crescit carnis temptatio. Saturitati libido semper adiuncta est, at contra ieiunio libido restringitur, ieiunio luxuria superatur, sequestrata saturitate non dominatur luxuria.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.14 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., pp.72-3, ll.120-124).

2. Vino quoque multum grauatur mens, uinum uirus est praeualens animo, uino luxuria excitatur, uino fomes libidinis enutritur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.15a (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.73, ll.128-131).

3. Oculi quoque prima tela libidinis, uisio prima concupiscentia mulieris. Mens enim per oculos capitur. Aspectus namque amoris iacula mittit, concupiscendi libidinem nutrit, aspectus mentem inlicitat, animam titillat, cor uulnerat.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.16b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.74, ll.138-144).

4. Ante ignem consistens, et si ferreus sis, aliquando dissolueris.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.17 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.75, ll.150-151).

5. Saepe familiaritas implicauit, saepe occasio peccandi uoluntatem fecit, saepe quos uoluntas non potuit adsiduitas superauit.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.18 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.75, ll.153-154).

6. Otio etiam deditos cito luxuria subrepat, uacantem luxuria cito praeoccupat. Grauius libido urit quem otiosum inuenerit.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.18 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.75, ll.155-156).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 11: De modis alliciendi alterius voluntatem ad se amandum amore: venereo: et de his que parant hominem libidini veneneree (fol.114rb):

Isidorus in synonyma solliloquiorum libro 2. capitulo 7. **Ieiunio libido restringitur.**¹ 10. capitulo. **Cedet libido rebus: cedet operi: cedet industrie et labori.**²

1. Saturitati libido semper adiuncta est, at contra ieiunio libido restringitur, ieiunio luxuria superatur, sequestrata saturitate non dominatur luxoria.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.14 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., pp.72-3, ll.122-124).

2. Cedet autem libido rebus, cedet operi, cedet industriae et labori.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.18 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.75, ll.56-57).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 2: De patientia et impatientia (fol.118va):

Isidorus sollowiorum libro 2. capitulo 4. **Omnia aduersa equo animo porta.**¹ **Dum tibi aliena pericula memoras: mitius tua portas. aliorum enim exempla dolorem releuant. Alienis malis facilius consolatur homo.**² **Ab vno ferendum est: quod multis accidit tolerabile. Qui aduersa patienter tolerat: deum sibi citius placat.**³ 17. capitulo. **Patienter leuora portabis: si grauiora fueris recordatus.**⁴

1. Ratio: Omni ope, omni ui, omni arte, omni ratione, omni consilio, omni ingenio, omni uirtute, omni instantia, sume luctamen contra temporales molestias, esto in cunctis casibus firmus, patienter tolera omnia, omnia aduersa aequo animo tolera.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.24 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.20, ll.211-214).

2. Dum tibi aliena pericula memoras, mitius tua portas. Aliorum enim exempla dolorem releuant, alienis malis facilius consolatur homo. Quid incusas acerbissima tua decreta? quid causas tui periculi tantum luges? Non sunt noua tua supplicia, habes exempla calamitatis. Quanti tales casus! quanti talia pericula pertulerunt! Patienter ab uno ferendum est quod multis accidit tolerabile.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.24-25 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.20, ll.218-224).

3. Qui uero aduersa patienter tolerat, Deum citius placat.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.30 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.25, l.269).

4. Patienter leuora portabis, si grauiora fueris recordatus.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.47 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.38, ll.442-443).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 3: De spernendis conuiciis et malis dictis (fol.118vb):

Isidorus solliloquiorum libro 2. capitulo 12. **Disce mala ferre potiusquam referre.**¹ **Iniurias non respondeas. Conuicium non retorqueas. Contumelias non rependas. Cum silentii patientia tacendo cito vinces.**² **Maledicenti benedictionem oppone. Irascentem patientia deline. Blandimento iracundiam furentis dissolue. Uince nequitiam lenitate. Uince malitiam bonitate.**³

1. Disce mala tolerare quam facere, disce mala ferre potius quam referre.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.30 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.86, ll.294-295).

2. Quamuis quisque irritet, quamuis incitet, quamuis exasperet, quamuis insultet, quamuis lacessat, quamuis conuicietur, quamuis criminetur, quamuis ad litem prouocet, quamuis ad iurgium uocet, quamuis conuicium dicat, quamuis iniuriam faciat, quamuis afficiat contumeliis, tu sile, tu tace, tu dissimula, tu contemne, tu non loquaris, tu exerce silentium, iniuriam non respondeas, conuicium non retorqueas, contumeliam non rependas, tene silentii patientiam. Tacendo citius uinces.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.32 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.87, ll.306-313).

3. Maledicenti, benedictionem oppone, irascentem patientia delinire, blandimento iracundiam furentis dissolue, uince nequitiam lenitate, uince bonitate malitiam, inimicos pacis omni modestia placa, mala aliorum tuo bono exsupera.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.34 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., pp.88-9, ll.327-331).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 5: De spe et desperatione (fol.119vb):

Isidorus in synonyma solliloquiorum libro i. capitulo. **Desperatio auget peccatum.**

Desperatio auget peccatum, desperatio peior est omni peccato.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.54 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.44, 1.525).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 7: De mansuetudine ira et furore (fol.122rb):

Isidorus solum loquiorum libro 2. capitulo 21. **Refrena iracundie impetus. / Si non potes iram vitare: vel tempera / Irascentem patientia delinire. / Blandimento iracundiam furentis dissolue.**

1. Tempera furorem, tempera indignationem, cohibe animi motum, refrena iracundiae impetum. Si non potes iram vitare, uel tempera; si non potes furorem cauere, uel cohibe.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.30 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.85, ll.291-293).

2. Maledicenti benedictionem oppone, irascentem patientia delinire, blandimento iracundiam furentis dissolue, uince nequitiam lenitate, uince bonitate malitiam, inimicos pacis omni modestia placa, mala aliorum tuo bono exsupera.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.34 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., pp.88-9, ll.327-331).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 8: De vindicta et clementia seu remissione proprie iniurie (fol.123rb):

Isidorus solliloquiorum libro 2. capitulo 21. **Disce mala ferre potius quam referre.**¹ **Magna est virtus si non ledis a quo lesus est.**² **Uince nequitiam lenitate. Uince malitiam bonitate.**³ 23. capitulo. **Petenti tibi veniam libenter indulge.**⁴ **Aliene nequitie non serues dolorem.**⁵ 49. capitulo. **Ita clemens esto in alienis delictis sicut in tuis: nec quemquam districtius quam te iudices.**⁶

1. Disce mala tolerare quam facere, disce mala ferre potius quam referre.
Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.30 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.86, ll.294-295).
2. Magna est uirtus si non laedas, a quo laesus es, magna est fortitudo si etiam laesus remittas, magna est gloria si cui potuisti nocere parcas.
Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.33 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., pp.87-8, ll.319-322).
3. Maledicenti, benedictionem oppone, irascentem patientia delinire, blandimento iracundiam furentis dissolue, uince nequitiam lenitate, uince bonitate malitiam, inimicos pacis omni modestia placa, mala aliorum tuo bono exsupera.
Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.34 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., pp.88-9, ll.327-331).
4. Petenti quoque tibi ueniam libenter indulge, poscenti indulgentiam placanter dimitte.
Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.35 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.90, ll.342-344).
5. Dolorem cordis non serues, dolorem animi non retentes, aufer a corde fraternam offensionem, alienae nequitiae non serues dolorem.
Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.36 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.91, ll.355-357).
6. Ita clemens esto in alienis delictis sicut in tuis, nec quemquam districtius quam te iudices, nec aliter te aliter alios penses.
Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.84 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.132, ll.925-927).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 10: De timore (fol.124rb):

Isidorus solliloquiorum libro 2. capitulo 17. **Timor semper emendat. Timor expellit peccatum. Timor reprimit vicium. Timor cautum facit hominem atque sollicitum.**

Timor enim semper emendat, timor expellit peccatum, timor reprimit uitium, timor cautum facit hominem atque sollicitum.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.26 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.82, ll.250-251).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 11: De prouidencia et preconsiliatione belli (fol.127va):

Isidorus solliloquiorum libro 2. capitulo 20. **Improuisus hostis fortiter opprimit.**

Subita maris tempestas terrorem exsuscitat, inprouisus hostis male perturbat, inparatos hostis facile opprimit.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.29 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., pp.84-5, ll.281-282).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 1: De aduersitate et prosperitate (fol.137rb):

Isidorus in synonyma solliloquiorum libro i. capitulo 4. **Impossibile est vt homo sis et non gustes angustias. Nemo in perpetuum expers mali est. Nemo est qui in hoc seculo non doleat.**¹ Libro 2. capitulo 19. **Habeto temperamentum in prosperis. habeto patientiam in aduersis.**²

1. Inpossibile est ut homo sis ut non gustes angustias, dolor et tristitia omnibus communia sunt, omnia in hoc saeculo eventu simili sustinemus. Nemo in perpetuum expers mali est, nemo est qui in hoc saeculo non doleat, nullus est qui in hac uita positus non suspiret.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.26 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., pp.21-2, ll.229-233).

2. Habeto temperamentum in prosperis, habeto patientiam in aduersis.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.27 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.83, ll.261-262).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 6: De aduersitate et prosperitate (fol.140vb):

Isidorus solliloquiorum libro i. capitulo 2. **Desine tristis esse. Tristitiam repelle a te. Mestitie noli succumbere. Non perseueres in dolore.**

Omitte tristitiam, desine tristis esse, tristitiam repelle a te. Maestitiae noli succumbere, noli te multum dare maestitiae. Repelle a corde dolorem, ab animo exclude dolorem, inhibe impetum doloris, non perseueres in dolore, uince animi dolorem, supera mentis dolorem.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.22b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.19, ll.203-208).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 1: De laboriositate et vanitate vite (fol.143rb):

Isidorus sollowiloquiorum libro i. capitulo 4. **Uita ista lachrymis plena est. Uita ista a fletibus inchoat. Flentes proicimur miseram in hanc vitam.**

Vita ista lacrimis plena est, uita ista a fletibus inchoat, qui nascitur a fletu incipit uiuere, flentes proicimur in hanc miseram uitam, ipse ortus sequentium dolorum est gemitus.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.26a (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.22, ll.234-239).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 3: De mortis naturalitate (fol.143vb):

Isidorus solliloquiorum libro i. capitulo 10. **Quotidie dies vltimus appropinquat. Uitam nostram quotidie dies aufert: Quotidie ad finem tendimus. Ad morte quotidie properamus.**

Cotidie dies ultimus adpropinquat, uitam nostram cotidie dies aufert, cotidie ad finem tendimus, cotidie uiam uitae transimus, ad mortem cotidie properamus, ad uitae terminum cotidie tendimus, momentis decurrentibus ad finem ducimur.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.48b (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.39, ll.452-458).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 4: De certitudine hore mortis et multiplicitate occasionis mortis (fol.144rb):

Isidorus solliloquiorum libro i. capitulo 10. **Quanti dum mori non existimant auferuntur. Quanti ad mortem subito rapiuntur.**

quanti dum mori non existimant auferuntur! quanti ad mortem subito rapiuntur!

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 1.50 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.40, ll.478-479).